PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 150r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



auferre cum iam sua penitus absumpserit dignum arbitrabitur Adi
Cur non inquit So At cum illi minime permittant / nunquid furari quidem
protinus / et parentes fallere conabitur Adi prorsus So Cum vero
id negat / rapiet omnino ac vna violabit Adi Sic existimo
So Amittentibus vero ac repugnantibus / o admirabilis vetula atque
sene · nunquid reuerebitur atque parcet · ne tyrannicum quid videatur
operari Ad Non enim deparentibus hominis ipse confidere
So Nunquid igitur o adimante ob nouam pellicem et inutilem
matrem iam pridem necessariam / ac propter formosum nuper partum
amatorem necessarium et antiquum patrem amicorumque precipuum ver-
beribus afficere ac illis subigere nitetur / si ad eandem domum for-
tasse duxerit Adi Sic pionem inquit So fortunatissimum
itaque habendum est tyrannum perperisse filium Adi Non valde
inquit So Quid cum genitorum illi fortune desint / ingens
vero examen voluptatum dietim augeatur / Nunquid primum murum
aliene suffodiet domus / aut alicuius noctu gradientis vestem
depredabitur · post hec aliquod templum expilabit / et in hiis omnibus
omnibus quas pridem expuercia opiniones obtinebat / de honestis
scilicet ac turpibus iudicia illius facientes / cum exseruitute nuper solute
sint / et amorem ut satellites quidem circumsistant / cum ipso demum ipso
superabunt et emergent · et ut in somnis prius soluebantur /
cum sublegibus adhuc aut patre viueret in democratica secum
commemorantes cum ab amore tandem rapiatur / quemadmodum
Praro tunc in somnis ad esse consueuerant / sic nunc vigilanti eue-
nient continuo ex quo neque a crudeli quidquam funere / neque a cibo aut ope quidquam
prorsus abstinebit / verum tyrannicus illius amor cum omni indigentie
nequitia que versetur vt monarcha quidem ens / et ut vrbem ipsum de-
tinens ad omnem demum perducet audaciam / ex qua se ipsum ac
turbam circumstantem queat alere / partim que aberat ob prauam que conuersationem
Tillo ingressa est partim amoribus intrinsecis soluta ac liberata
nunquid huiusmodi tyranni vitam automas Adi Omnino inquit

Capitulum tercium de moribus vite tyrannice et qualiter expulsis